







DISPUTATIO.

De.

JURE RETORSIONIS.

adversus injurias verbales.

DIVINO NUMINE AUXILIANTE.

SUB PRÆSIDIO.

VIRI.

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-  
PLISSIMI, CONSULTISSIMI.

DN. JOANNIS REBHANII.

JCTI COM. PALAT. CAESAR. COD.

& Feudal. Consuet. Profefs. P. Celeberrimi, Col-

leg. Jurid. Sen. Gravifs. & Divers. Statuum

Imperij Consiliarii.

Domini Præceptoris ac Patroni sui,  
perpetuò colendi.

*In Conventu Academico ventilanda proposita.*

ab

ALEXANDRO JOHANNE GROLMANNO.

Marcano Westphalo ex Bochumb. Auth,

Die Julij. 2. H. L. C.

\*\*\*\*\*

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS WELPERI.

ANNO M. DC. LXVI.

1774

1666, 9





3

19

15

16

17

18

DISPUTATIO

DE RE RATIONIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII

PHYSICIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII

PHYSICIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII

PHYSICIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII

PHYSICIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII


PHYSICIS

AVTHORE JOHANNIS KEPLERII

PHYSICIS







## I. N. I. C.

## PRÆFATIUNCULA.

**C**onsiderans exulceratissimum  
ferreumque hoc seculum, ut cum *He-*  
*siodo* loquar, in cuius cuspidine, *prohdo-*  
*lor!* nequitia residet, quemadmodum  
elegantè Ovidius hisce sequentibus  
demonstrat versibus.

*Protinus erupit vena peioris in ævum*  
*Omne nefas, fugere pudor, verumque, fidesque*  
*In quorum subière locum, fraudesque, dolique*  
*Insidiaque, & vis, & amor sceleratus habendi.*  
*Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus*  
*Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est:*  
*Imminet exitio Vir conjugis, illa mariti*  
*Lurida terribiles, miscent aconita novercæ:*  
*Filius ante diem, patrios inquirat in annos*  
*Victa jacet pietas, & Virgo cade madentes:*  
*Ultima caelestum, terras astrea reliquit.*

Aliquem discursum instituere de modo has nequitas  
coercendi atque compescendi, scilicet saluberrimo  
*Retorsionis* remedio mihi in animum duxi, cuius sa-  
lubritas ex sequentibus capitibus patebit: Cum verò  
A 2 nihil



4.  
nihil ex nobis præstare queamus, loquente *S. Apostolo*  
*2. ad Corinth. 3. v. 5.* à Jove facturi orsum, præ omni-  
bus clementiam divinam invocamus, & cum sacra-  
tissimo Imperatore Justiniano *ex l. 1. in pr. C. de V. I. E.*  
optimum authorem Deum præponimus, qui secun-  
dum divinam suam potentiam ac voluntatem meum  
dirigat propositum atque institutum.

---

## CAPUT I.

### *De Etymologia vocis Retorsionis.*

**Q**uoniam quædam dicturus sum, sine præloquiis & affe-  
ctuum motibus juxta præconis Atheniensis, interdictum  
de quo *Erasmus adag. 96. cent. 4. chil. 3.* de legitimo illo ac justo  
(justum enim est dicendum, quo injustum repellitur, imo æqui-  
tati naturali consentaneum est, quia ad amoris vinculum tuen-  
dum conducit) *Retorsionis* remedio, injuriarum verbalium ex-  
peditissima commoditate, quæ ob publicum bonum ac commu-  
ne, hominum commodum introducta: quod verò tali modo in-  
troducendum est, perpetuam justæ causam habet ac naturalem, est  
enim illa ob bonitatem publicam omnino æqua, ob æquitatem  
necessaria, ob necessitatem justa, quia rationi naturali ac divinæ  
voluntati congrua est, nihil enim justum dici potest ac debet  
nisi quod ex ratione naturali originem trahit, naturale verò ra-  
tionale divinum est. *Hugo de Roy de eo quod iust. est pag. 123.* Pri-  
mùm Etymologiam hujus eruere mihi utile visum, quamvis  
*plato, teste Galeno l. 4 de util. part. cap. 13.* id prohibeat, dicat-  
que, si nomina neglexerimus, magis nos divites ad senectutem  
prudencia perventuros, sed aliter Imperator noster. *l. 1. ff. de l.*  
*& 1.* sensit, inquit, nomina ante omnia esse intelligenda,  
quia sunt signa formas rerum exprimentia, & originem in qua-  
vis re & facto acutioribus mentis oculis esse intuendam. *l. 8. pr.*  
*ff. mand. l. 12. de sc. maced. l. 1. §. 13. & 30. ff. depos. sine qua il-*  
*lotis quid incipi manibus judicat Gajus l. 1. de orig. iur.* Illam  
verò



verò compositam esse à re & torqueo certum est, habens in supino torsum vel tortum, unde *Retorsio*, ut legitur apud *Ciceronem* vid. *Struv. de vind. priv. pag. 83*: quamvis *Rennem. in tract. Retors. à princ.* tradat, hanc Etymologiam antiquæ & puræ latinitati incognitam esse, ipse tamen *ex Horatio lib. 1. sat. 7.* omnibus notam esse fateatur, simulque *Calepinum & Fabrum* latinatis versatissimos nec de minima auctoritate Viros alleget. Summa, cum secundum *Harp. Comm. Inst. de in jur. §. hæc actio n. 90.* in omni disquisitione *Logomachia* vitanda, & sensus magis quam verba amplectendus *l. 3. §. 9. ff. de adim. vel transf. legat.* Tutius esse arbitramur si communis scriptio retineatur, *Euphoniæ gratiâ.*

CAPUT II.

*De Homonymia vocis Retorsionis.*

**N**ec *Retorsio* semper est ejusdem significationis, quandoque enim hæc vox usum habet inter actorem & reum in judicio litigantes, *ut in Tit. 2. lib. 2. ff. quod quisque juris.* Cujus etiam Exemplum dat *Mynsing. Cent. 3. obs. 4.* Cum fraus fraude & calliditas calliditate repellitur, quod Advocato justam moventi causam licet, ita ut temerarium, immodestum, ac callidum vincat adversarium. *l. 1. §. 3. ff. de dolo malo,* quo spectat illud *Augustini,* cum justum bellum susceperis, aperta lingua, an insidiis vincas, nil ad justitiam interest. *C. Dominus. 23. q. 2.* Qui enim aliquid facit non ut alii noceat, sed ne noceat sibi, rectè facit *l. 2. §. pen. ff. de aqua & aqua pluv. arcend.*

*Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude  
Exemploque licet, ludere quemque suo.*

Alius est hujus vocis usus in successione diversorum locorum diversis, cujus Exempl. ponit. *Rennem. D. Tract. Prefat. thes. 2. lit. B. Richter in Tract. de success. ab intest. sect. 1. memb. 1. n. 77.* & seqq. ubi & plura præjudicia diversarum universitatum adducit, aliter *Paulus de Castro* utitur hac voce, & alii *Dd. vid. Nobiliss. D. Struv. in d. Tract. C. 10. aphorif. 3.* quem videre lubet cum pluribus allegatis *ibid.* sed hæc sufficiant, quare mitto, & ad *Synonymiam* transeo.





## CAPUT III.

*De Synonymia vocis Retorsionis.*

INDigitatur autem variis appellationibus, communius verò *Retorsio* vid. *Harp. in §. hac actio Dn. Richter/ in vol 2. decis. 92. & Reg. 2. Magnif. Cancellarius Tabor, Præceptor meus Colendus in Armament. de legit. Armor. usu c. 2. n. 7. pag. 175. Magnif. ac Amplif. Dn. Præses & Præceptor meus summoperè venerandus in Hodeget. p. 658. Dn. Struv. d. tract. c. 10. aphorif. 1. & seqq. Befoldus in Thesauro pract. verb. Retorsio. à Paulo de Castro vocatur Retorcutio seu Retorquitio Antonio Capicio repropertio à Dn. Rennem. verò quem Dn. Harp. d. loco Criticum peracutum appellat Retortio dicitur, respectu scilicet ad supinum verbi compositi, sed nec alia reprehendenda, Germanicè etne abgetrungenen Ehrenrettunge. Hæc de generalibus sufficiant, Materia enim, quam declarare conatus sum (pro vero posse, nam meam imbecillitatem ingenuè profiteor, saniores etiam contenti erunt conatu & voluntate; Nam*

*Quod si deficient Vires audacia certè  
Laus erit in magnis & voluisse sat est)*  
singularia amplector.

## CAPUT IV.

*De Definitione.*

QUamvis omnis definitio in jure periculosa sit. l. 202. ff. d. R. I. interim tamen de nulla materia accuratè agi potest nisi prius definiatur, quemadmodum *Cicero lib. 1. off. præcipit*, omnis quæ à ratione incipit & suscipitur de re aliqua disquisitio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur nam optima alicujus Thematis explicandi ratio à Definitione incipit, ut bene contendit *Magis. lib. 5. c. 1. Eth. Nicom.* quare & hic definitionem dabo: Definitur ab *Harp. d. l. quod sit legitima injuriæ verbalis in ipsummet injuriantem propulsatio, honoris tuendi causa, in continenti, propria auctoritate facta: quam cum comprobet almæ hujus Antecessor b. m. Sigismund. Flach.*



*Flach. & Casp. Schernberg. Disp. 2. Colleg. Crim. thes. 80. ego quoque eandem hic meam faciam, paucisque delibabo.*

## CAPUT V. De Divisione.

POST rem definitam ut dividatur necessitas accuratæ declarationis requirit, dividitur verò defensio in generalem & specialem, hæc rursus in publicam & privatam, hæc rursus in realem & verbalem ego verò hic de speciali, privata, verbali, extrajudiciali ago, scil. usitatissima Retorsione injuriarum verbalium quæ juris est naturalis & nemini deneganda ita ut *Hippolit. in pr. de sicar. dicat bestiis & Diabolo esse permissam, & placent. lib. 1. delict. c. 28.* hanc sententiam communi Doctorum, calculo esse receptam & *Capoll. Consil. crim. 42.* omnium gentium more & consuetudine usurpatam esse, & *Nicol. in Concord. gloss. c. 56. Covarr. in Repet. Clem. Si furios. de homicid. ult. part. §. ult.* communem esse conclusionem, ratio est, quia ex ipsis naturæ sensibus descendit, eamque qui tollere vult sensus ipsos ut tollat necesse est, *Salomon. ad. d. l. 3. n. 19. Voltz. in comment. ad. l. Cornel. de Sicar. c. 1. n. 8. Romul. part. 1. Compend. homicid. n. 36. Obrecht. de necessaria defensione. c. 5. n. 10. & II. Sebast. medic. in tract. de casu fortuito part. 1. q. 8. n. 9* latet enim sub principio naturali, se suaque diligere, & hæc dilectio nullam potest admittere offensionem, repugnat enim suæ naturæ; Nam ut naturaliter non vivimus sine sanguine, ita civiliter sine bona fama vivere non credimur, unde eam non minus quam vitam defendere licitum & curare debemus. *C. non Infer. caus. 23. q. 4.* bona fama enim mori longè laudabilius est, quam turpiter vivere *l. Iulianus ff. si quis omis. caus. Testam.* Retorsio, duplex est propria vel improprie sic dicta, illa, quando injuriatus injurias rursus legitimo modo in injuriantem reflectit, Impropria, quando non servato modo retorquet; sed licentiam habet rursus maledicenti maledicere, quæ & recriminatio dicitur. *Coll. 1. A. de injuriis thesi. 13.*

## CAPUT VI. De Causa Efficiente.

CAUSA efficiens hujus Remedii est, primò, jus divinum, ut patet *1. ex 6. 37. Ierem.* cumque pervenisset ad portam Benjamin



jamin erat ibi Custos portæ, per vices, nomine Jerias, Filius Se-  
 lemia, Filii Hanania, & apprehendit Jeremiam Prophetam, di-  
 cens, ad Chaldaeos profugis, & respondit Jerem. falsum est non  
 fugio ad Chaldaeos. 2. *Exod. c. 22. v. 24.* Oculus pro oculo, dens  
 pro dente &c. Objiciunt quidam *c. 22. proverb. & Luc. 10.* ubi  
 dicitur dilige proximum tuum sicut te ipsum. Verum *Re.* Rectè  
 dici sicut te ipsum, non cum se ipsum minus proximo diligere  
 præcipitur, ordinata enim charitas incipit à se ipsa, ut post *Bald.*  
 contendit *Gothof. in not. ad l. 6. C. de servit. lit. p.* & illi qui no-  
 lunt portare quæ præpararunt, peccant contra *Caput 25. Act.*  
*Apost.* ubi inquit, *Paulus*, si alicui injuriam feci penam non re-  
 cusabo & *Deut. 13.* Reddes illi sicut fratri tuo cogitavit facere,  
 & communiter objicitur. *c. 11. Exod.* Cedenti Maxillam, aliam  
 exhibe, sed ad hunc textum eleganter respondit *Grotius de jure*  
*bell. & pac. pag. 27. inquit*, textum non intelligendum esse,  
 quasi nulla injuria repelli seu vindicari publicè aut privatim pos-  
 sit hic enim Deum non loqui de omnibus injuriis, sed tantum  
 de levi quadam & damno facillimè recuperabili, nam superioris  
 apparentem generalitatem restringere sequentem sententiam  
 agentem de tunica scil. quod propter tam exiguas res non de-  
 beamus litigare seu excandescere interim est & manet defensio  
 licita & legitima adversus immensas injurias, qua Christus ipse-  
 met usus est, sequamur ergo Paulum qui Hierosolymitanos ad  
 Cultum beneficentiæ hortatur. *2. Cor. 8.* hisce; Non inquit, ut  
 aliis sit laxamentum vobis res angustæ, sed ut æquabiliter vestra  
 copia succurrat illorum inopia, jubemur quidem in sacris literis  
 proximum diligere sicut nos ipsos ut dictum quoniam est secun-  
 dum caput, *Juris naturalis rationis, de quo vid. Hug. de Roij. de eo*  
*quod justum est latius*, non vero præ nobis ipsis & ubi par immi-  
 net malum, non vetamur nobis potius, quam aliis consulere,  
 unde bene glossa, quilibet faciat sibi primò Eleemosynam, de-  
 inde proximo, & *Salom. in reper. l. 3. ff. de l. & l. n. 15.* hoc scri-  
 ptum, diliges proximum sicut te ipsum, includere dilectionem  
 sui ipsius, unde si quis, qui justo metu ductus ne ad se incendium  
 perveniat vicinas aedes intercidit, sive perveniat, sive citius ex-  
 stinguatur lege aquilia non tenetur. *l. 49 §. 1. Dd. ad l. Aquil.*  
 quando enim lex naturalis cum lege naturali concurret, tum  
 inferior



9.

inferior cedit superiori. *Ex. c.* Naturalis lex est neminem lædere seu ut propius accedam neminem contumeliis afficere quæ & læsio specialis est, sic & sese adversus injurias defendere, quomodo licitè & commodè fieri potest, hæ sunt duæ leges naturales concurrentes, prima necessariò cedat secundæ, ratio, quia in prima tantum latet prohibitio Dei & naturæ, in secundâ verò quidem etiam prohibitio ne hæc fiat cum alterius læsione; sed etiam simul Dei & naturæ permissio, imò præceptio, ut nos ipsos defendamus & quidem præ omnibus defensio enim humanæ sorti justa est, & omnibus hominibus divinitus infusa & naturaliter insita, Naturæ enim principium est cum *Simonide*, debitum cuique reddere, vel cum *JConsultis*, suum cuique tribuere, Deo scil. cultum, proximo mutuum, unde benè *Cicero lib. 1. Off.* Cuique pro dignitate tribuatur, id enim justitiæ fundamentum est, quamvis hæc contributio mortalium non satis clarè ex Lege naturali prolucet, ex *L. tamen Morali* quæ sacris nostris contenta est, Dei gratiâ cuique perspicuum esse non dubitatur, etenim ex ea clarè & distinctè docemur Deum venerari, parentes colere, honestè vivere, temperatè sese gerere, bona prosequi, non pejorare, non concupiscere aliena alteri facere quemadmodum sibi quis fieri velit, alterum non tantum, non lædere, sed unicuique etiam omni modo prodesse, atque adeo injuriam, vim, fraudes, & simillia odisse, & generaliter ea exercere, quæcunque ad bonitatem, æquitatem, & justitiam pertinent, *Hugo de Roj. d. tract. pag. 36.* Hæc quia sunt juris naturalis rationalis idcirco, ex lumine rectæ rationis cognoscuntur & præsumuntur omnibus, qui rectâ ratione præditi sunt esse nota, in primis hæc duo, Deum cole, & tibi quod fieri non vis alteri ne feceris: Unde præluceat fundamentum *Retorsionis*, quod quis videatur sibi fieri velle quæ alteri faciat: Hanc verò cognitionem quibusdam malè viventibus surripit quandoque Diabolus, quare quidem sunt deplorabiles non verò excusabiles.

Secundò jus naturæ *l. 1. §. 11. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur. 2. l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi armata.* quia hoc cuique à natura tributum est ut se statumque suum defendat atque tueatur, videmus enim animantium quodque eo ad sui tutelam uti quo maxime valet, nam & *Vitulus nondum ena-*

B

315 607-



ris cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis ungu-  
lis calcitrat, & catellus dentibus nondum robustis Morficat Cicero  
l. 1. off. quare eleganter pergit Cicero pro Milone, non esse legem  
scriptam; sed natam, quam non didicimus, accepimus, legimus,  
verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus ad quam  
non docti, sed facti, non instituti; sed imbuti sumus, imo etiam do-  
ctis rationem barbaris necessitatem & gentibus morem ferisque na-  
turam ipsam prescripsisse, ut omnem vim atque injuriam à cor-  
pore atque existimatione propularent. Gail. l. 1. de pace publica.  
cap. 16. num. 8. Grotius d. l. unde propertius l. 2. Eclog. ad Cyn-  
thiam.

*Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,  
Verum etiam instanti caesa repugnat Ovis.*

Tertiò nec Jus civile ab hoc remedio est alienum ut patet i. Ex  
l. 3. ff. de lust. & l. Jure hoc evenire, ut vim atque injuriam pro-  
pulsamus, ubi controvertunt Dd. Num vis & injuria ibidem ac-  
cipienda, conjunctim, an disjunctim: quod conjunctim, tenent  
Angelus & Decius ob rationes, quia particula, atque, sit sua na-  
tura copulans, & quia nulla vis sit propriè quæ non contineat in-  
juriam, sin secus vim non esse. e. g. quæ fit à Magistratu l. 13. §. 1.  
ff. de injuriis. quod verò ibidem particula, atque, sit disjunctiva,  
tenent Zoanettus ad l. 3. ff. de lust. & l. part. 1. n. 2. Obrecht. de  
necessaria defensione. cap. 1. n. 5. & 6. quibus & ego cum Dn. Gæd-  
deo de extrajudiciali def. pag. 20. subscribo, obsequentes ratio-  
nes, quia non universaliter verum est, particulam, atque, semper  
copulativam esse, est enim aliquando disjunctiva. l. 29. de V. S.  
nec 2. Omnis vis propriè dicta injuriam continet, furiosus enim  
vim inferens injuriam non facit. l. 3. §. 1. ff. de injur. Imò bruta  
animantia vim faciunt non verò injuriam. l. 1. §. 3. ff. si quadrup.  
paup. Vis enim diversimodè accipitur, Primò vel est licita, vel il-  
licita, Licita: quam Magistratus & tutor habent & omnis legiti-  
mè se defendens, Illicita rursus est diversa, Imò etiam aliquan-  
do sine injuria, ut quam infert furiosus, huic tamen si aliter fieri  
nequit, quamvis non sit dolosa resistendum, Ita ut potius ipsum  
occidamus quam ut tale detrimentum nobis inferri curemus, &  
hæc non est ratio cur non liceat vim à Magistratu illatam pro-  
pulsare, quia injuriâ careat; sed quia est punitiva non offensiva,  
& quan-



II.

& quando vis naturalis pro vi non habetur, hoc non fit quoad repulsionem extrajudicialem; sed quoad actionem injuriarum, alia enim vis est in offensione, & alia in defensione, illa illicita, hæc verò licita, si prima esset licita, tum secunda illicita, & contra, si verò secunda est licita de quo non dubitandum, tum alia erit illicita, nam, cujus contrarium est malum, id ipsum est bonum, & contra *Obrecht. de Neceß. defens. c. 3. num. 20.* vimque quintuplicem Magnif. & Nobilissimus Dn. D. Rebhan, Præceptor meus in *Hodeget. pag. 836.* recenset, eleganterque declarat & repulsivam de qua ego hic, legitimam & nullâ pœnâ coercendam esse asserit, quod igitur hic dicitur de vi ordinatè à *Dd. ad injurias reales*, quod de injuria ad verbales commodè refertur. *Harp. ad Tit. Inst. de injur. §. 12. num. 91.* & quemadmodum vim vi repellere; ita injuriam injuriâ retorquere licet, *Gail. 2. obs. 100. num. 4.* Nam si licet majus etiam licet minus, majus enim est arma armis retundere quam verba verbis, *2. ex l. 14. §. 6. ff. de bon. libert.* Ignoscendum ei si voluit se ulcisci provocatus, quia retorsit in eum crimina à quo fuit petitus nec impedit quod ultio sit prohibita, ultio enim in hac lege improprie sumitur & quidem pro defensione *ut in l. 20. ff. de his qua ut indignis auferuntur. vid. Gothof. in not. ibid.* & quod improprie sumatur ita probatur, quia vindicta quæ moderamini inculpatæ tutelæ opponitur, vel committitur cessante offensione, vel excedendo moderamen; sed neutrum in hoc casu habet locum, E. non cessat offensio quæ præterit, & quamvis talis maledicendo conticuerit aut desistat, tamen durat illata injuria, quæ verbis repelli potest, non modum defensionis excedendo, verba enim verbis retundit, quare hic improprie accipitur ultio quæ non opponitur defensioni, quia non censetur deliquisse qui se defendit; sed qui offendit.

*Quæ dices alijs, tibi mox responsa remitti*

*Expectes, cupies qualia dona dabis.*

*3. l. 25. ff. de procurat.* Si procurator vel adversarius dicat, Dominum mentiri, apud prætorem hoc finiri oportet, NB. nisi forte convitium magis quam procuracionem exequi maluerit, unde deducit *Fach. lib. 9. controvers. c. 12.* mentiri ad purgationem Vitii pertinere, ferendus enim qui pudorem suum purgat; disputant





tant quoque *Dd.* num liceat injurianti dicere, tu mentiris, sed affirmantium prævalet sententia, ratio, quia, mentitam dicens, non habet animum injuriandi, sed tantum defendendi seu retorquendi, sine animo vero tali injuria fieri nequit. *l. 26. ff. de injur. §. 1. Inst. eodem 2.* quia injurians, revera mentitur, & calumniator seu mendax Verus existit.

*Mentiris, tantum qui dedecus esse putatis*

*Mentiri quare creditis esse decus?*

4. *l. devotum. C. de Metat. & Epidem. vid. Fach. d. l.* Quartò bonis suffulcitur rationibus, vita enim & fama pari ambulant passu *l. 9. ff. de Manum. Vin.* quo ad curam & conservandi studium, & in tantum, quatenus vita est naturæ, & fama rationis, unde *Virgil. lib. 5. Æneid. ait*

*Vitamque volunt cum fama pacisci.*

Quia igitur vitam cum propria auctoritate licet conservare quidni & famam, secundum illud *Ovidii l. 3. de arte amandi* pronunciatum.

*Judice me, fraus est concessa repellere fraudem*

*Armaque in armatos sumere jura sinunt.*

Imo damnum famæ gravius censetur amissione oculorum *l. in fam. C. de decur.* quoniam in æstimabilis est *l. 104. de R. l. & omni commodo pecuniario præferenda. l. Iulianus ff. si quis omis. caus. test.* & nihil tristius nihilque horribilius ablatione famæ; unde Poëta

*Quid enim salvis infamia nummis.*

Imò fama anteferenda, sine qua nulla hominum vita. *vid. Wurm. exercit. 4. quest. 17. Tiraquell. de nobilitate. C. 13. n. 360. & seq.* unde hi versiculi sequentes

*Omnia si perdas famam servare memento,*

*Qua semel amissa postea nullus eris.*

Et

*Circumdant te aurum, favor & fortuna & amici,*

*Es tamen infelix, si bona fama deest.*

Et

*Transit honos, transit fortuna, pecunia transit*

*Omnis: sed tantum, fama perennis erit.*

Quare rectè crudelis dicitur qui famam suam negligit confidens  
sua



suæ conscientia. *C. non sunt audiend. 1. quest. 3. & C. Nolo. 12. quest. 1.* & contemnendus, qui eam pro viribus, adversus pessimos detrectatores & Sycophantas non defendit adeoque honor & hominis vita à pari procedunt; ita ut non minori cura & studio honoris & famæ integritas nobis quam vita ipsa cordi esse debeat. *Gail. 2. Observat. 100. n. 6. Arg. l. repreh. C. de Inst. & sust. & l. 26. ff. si quis omiss. caus. Test. l. 8. ff. quod metus causâ* hinc non incongruè contendit *Cicero lib. 1. offic.* negligere quid de se quisquam sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam dissoluti, undè bene *Melander ad Stobæ. serm. 40.* non est contemnenda calumnia etiamsi prorsus fuerit falsa, aliqui enim extollere norunt, propter quos calumniam cavere convenit & *Sophocl. in Ajace flagellis.* illi ignosco, qui maledictis provocatus remaledicit, & *Thyestes Atrei uxorem adulterio commacularet, Atreius Thyestis filios clam peremptos ipsimet epulandos apposuit.* *Cluver. in Hist. univers. Epit. pag. 21.* integra enim fide & majori constantia qui præditus, in recenti tempore causam defensurum dubium non est. *l. 1. in fin. ff. de Carbon. edict.* Respondendum enim & non tacendum ut vitetur suspicio, ne injuriatus criminis obiecti videatur reus, ita explicat *Rennem. Retorsionem S. Prophe-tæ. Jerem. pag. 55. de lure Retort.* qui alias acerrimus impugnator hujus remedii existit: Hinc & *Homer. Iliad. 20.* qualem protuleris sermonem talem audies, & *Hesiod.* si male quidpiam dixeris pejora audies, unde quoque rectè tam injuria verbalis verbis quam realis rebus repellitur. Nam ubi eadem est ratio ibi idem fit jus necesse est. *l. 32. ff. ad. l. Aquil. Bart. & Bald. in l. 2. ubi in rem actio Lud. Rom. Consil. 70. Coll. 7. Richter ad authentic. lib. 8. tit. 18. Everb. in Top. loco. 13. à simil. n. 1.* Nam honor est nutrimentum virtutis, idcirco defendendus *Libenthal. in Colleg. Ethic.* quare & *Salomon in Proverb. c. 21.* nos monet, ut curam famæ habeamus, & quia infamia unicuique est fugienda. E. honor defendendus. *Libenthal. d. Tract. p. 105. & seq.* quia natura illud edocet ut quisque defensionem suam unicè desideret. *Cicero lib. 1. off. & natura ita comparatum ut unusquisque melius sibi velit.* quam aliis *Christoph. Sturc. ad l. 8. de Reg. Jur. n. 19.* quia quoque non inferre sed repellere injurias virtutis lex est, qui enim potest obviare perversis nec facit, ipse censetur favere impietati.

pietati,





impietatis nec caret scrupulo impietatis occultæ, qui manifestè facinori desinit obviare. *C. fortitudo & C. ult. caus. 23. quest. 3.* pone enim hunc casum quo proximus eripuit tibi famam vel saltem conatus est, quæritur? Num justè te ipsum defendas, expendantur principia defendere vitam principium est naturæ, defendere famam principium est rationis, per eam enim fama vitæ æquiparatur ut dictum est, & rectè, *Livius* existimavit famæ quidem damna majora esse quam quæ æstimari possint, sed si defendas, defendes indetrimentum proximi? Rectè, sed si omittas, omittes indetrimentum & societatis scil. Republicæ, cujus utilitas anteferenda omnibus absque Deo & tui? Omnino; Consequens erit, ut te ipsum defendas, naturæ enim & societatis & privatae tuæ causæ amicus, sic *Agustinus* alibi de *Civitate Dei*, at tibi quod fieri non vis alteri ne feceris? sibi famam eripi nollet, ergo nec tibi eripuisset, aded ut jam nec naturæ, nec rationi contrarium sit, sed consentaneum, ut ipse eodem jure utaris quod in te statuerit, cui consonat *Sophoc. citant. Plutarch.* qui multa temerè effudit: is solet nolens audire quæ volens malè dixit, quod ita restringit *Euripedes*, si nobis malè dixeris audies multa nec illa falsa mala.

## CAPUT VII.

*Quibus & adversus quos competat.*

INDUBITATUM est *Retorsionem* esse speciem defensionis & consequenter juris naturalis *Wes. Consil. 43. n. 177. Ayrer. process. historic. c. 6. observat. 3. n. 6.* quere & nemini deneganda, consequenter omnibus injuria verbali adfectis permessa, quibusve injuriarum actio competit. *Struv. d. Tract. c. 10. aphor. 8. ab init.* Cui enim competit actio ei etiam competit exceptio. *l. 156. de Reg. jur. Coll. 1. A. d. loco thes. 17.* Competit verò pupillo aut minori sine tutoris aut curatoris autoritate & consensu, modo quid sit intelligat, *Arg. l. ult. C. qui legit. pers. stan. in iud. hab.* Minor enim uti rectè agit in puncto momentaneæ possessionis sine consensu tutoris. *vid. Gothof. in Not. ibid. lit. O.* Ita & rectè, sine tutoris autoritate famam suam, quæ videtur per momentum ablata recuperat, *Berlich. part. 5. Conclus. 64. n. 10. Struv. dict.*



*dict. Tract. c. 10. aphor. 6. n. 1. Rennem. part. 1. thes. 7. lit. b. de jure Retort.* Filiofamilias sine patris consensu, ratio quia Patria potestas est Juris Civilis, Civilia vero naturalia corrumpere nequeunt seu impedire, §. *jus autem Inst. de parr. potest.* deportato cui hoc per deportationem non adimitur, namquæ juris civilis sunt perdunt, quæ vero juris gentium vel naturalis sunt retinent. *l. 17. in fin ff. de pœn. & Arg. l. 6. ff. de interdict. & releg. in princ.* Vasallo adversus Dominum seu Seniore, quia ipsi licet se resque suas adversus Dominum defendere, nam in omnibus Dominus Vasallo vices reddere tenetur. *2. f. 6. Berlich. d. l. n. 19. dissent Struv. de loco n. 8. subdito adversus Magistratum, privato odio subditum proscindentem Harp. ad. d. §. hac actio n. 165. & seq. l. 32. ff. de injur. l. 29. §. magist. ff. ad. l. aquil. sed disting.* Inter Magistratum minorem & majorem contra illum semper & statim potest institui, contra hunc verò non, quia sine fraude (id est impune) in jus vocari nequit; sed expectandum donec officium suum sileat, quod annuum est; sed hic objici posset, quod tum non fiat in continenti. R. quod id fiat in continenti, quod fit, quam citò & commodè fieri potest, discipulo adversus præceptorem coercionis modum transgredientem, magis injuriis afficientem discipulum, quam castigantem, *l. 6. ff. ad. l. Aquil. Arg. l. 5. in fin. ibid. & l. 13. ff. locati Berlich. part. 5. concl. 64. n. 20. c. 1. A. d. loco. thes. 17.*

Non vero competit Bannito quia ipsum licet occidere. *Wes. de pœn. n. 5.* multo magis convitiis proscindere. *Arg. l. 22. ff. ad l. Iul. de Adult. Ordinat. Camm. part. 2. tit. 9. §. sojemand. Aurea bulla Carol. IV. tit. 1. §. 2. in fin. Gail. 2. de pace publica. c. 1. n. 23. Ayr. process. hist. c. 1. obser. 3. n. 22.* unde nec in jure audiendi sunt. *l. unic. C. de nundinis. vid. Gothof. in not. ad l. 4. ff. de pœn. lit. s. Nec servo, §. 3. instit. de injuriis* sed Domino datur pro eo, ita tamen si quid atrocius in ipsum committitur, quod apertè ad contumeliam Domini respicit. *d loco.* Nec infamato, nisi ipsi gravior objiciatur injuria, ea, qua alias fuit notatus maculâ, nec ei cui verum objectum est crimen, nisi animo injurandi sit factum, & si non vergit illius scientia in utilitatem publicam, ut cuiusvis, ita adversus quemvis datur, nisi injurians dolo careat, nam fundamentum propter quod *Retorsio* injuriarum datur, animus



mus est dolosus, *Ernest. Coth. Volum. 2. Resp. 59. n. 124. & seq.*  
 & est essentielle requisitum. *Carpz. prax. criminal. part. 2. quest.*  
*97. n. 2. & seqq.* quare non competit adversus furiosum quia in  
 ipso est defectus voluntatis lædendi, *l. 3. §. 1. ff. de injur. nec ad-*  
*versus infantem eandem ob rationem, nec adversus infantia pro-*  
*ximum, §. 10. instit. de inutil. stipul.* quamvis enim hi convitium  
 dicant, non tamen injuriã afficiunt, *Wes. in paratit. de injur. n. 4.*  
 adeoque nec ulla adversus eos opus est *Retorsione*, non quoque  
 datur filio adversus parentem, quia illis quibus reverentia de-  
 betur, non licet resistere, nam nullam vim, nullamque injuriam  
 faciunt, & ubi offensio est licita ibi defensio est prohibita, hoc  
 est, ubi objurgandi castigandique est auctoritas, ibi manet au-  
 diendi, obtemperandi, & perferendi, necessitas, *Voltz. ad l. Cor-*  
*nel. de sic. c. 7. n. 18.* quia nullam injuriam nullamque vim fa-  
 ciunt, nam jure suo utuntur. *l. 3. C. de pat. potest.* quia & contra  
 eos actio injuriarum non potest institui. *l. 5. §. 1. ff. de obseq. pa-*  
*rent. & pat. prest.* ratio, quia pater & filius pro una eademque  
 habentur persona, interim etiam necesse est, ne eorum domi-  
 nium in Tyrannidem & Cyclopicam sævitiam abeat. *Gail. 2. ob-*  
*serv. 62. in fin.* Patria enim potestas in pietate & non atrocitate  
 debet consistere. *l. 5. ff. d. l. pomp.* distinguitur verò inter liberos  
 qui sint in potestate, & eos qui non, illis omninò interdicitur,  
 quamvis injuria atrox sit, his verò si injuria atrox sit, & appa-  
 reat, patrem diffamandi causã filium objurgasse. *Coll. I. Ad. l. th. 17.*  
 & cum filius sit honestioris conditionis patre, competere, sed quia  
 juri divino pietati, & honestati contrariatur, melius esse, inquit  
*Dn. Struv. d. tract. aphor 8. n. 6.* ut judicio contra eos experiatur,  
 alia verò ratio est in realibus, quæ non admittunt moram, nisi  
 sint extra vitæ discrimen, in iis enim si parentes omnem huma-  
 nitatem exuunt, & limites sibi à legibus tam divinis quam hu-  
 manis præscriptos transgrediuntur, liberisque ita obviant, ut  
 nisi extremitas ijs sit expectanda, tunc enim filius cum morte  
 parentis interneccionem declinare potest, datur etiam tam ad-  
 versus egregias quam exiguas personas *Rennem. d. loco. thes. 8.*





CAPUT VIII.  
*De Materia Objectiva.*

**M**ateria circa quam sunt injuriæ verbales, quæ multiples sunt, & multipliciter inferuntur, de quibus ne exeam limites, hic non dicam; sed tantum de remedio eas repellendis, videatur autem *Berlich. n. 17. part. 5. Conclus. 64.* alterius enim læsio prohibita, sui ipsius autem defensio concessa, & primum justitiæ munus est, alterum non lædere, quia natura inter nos cognitionem aliquam constituit, quare & nefas est hominem homini insidiari. *l. 3. ff. de iust. & iur.*

CAPUT IX.  
*De Forma.*

**R**etorsio potest fieri verbis, contra præsentem injurias evocantem, contra absentem & quoque scriptis injuriantem, per scedam aut libellum expediri potest, videatur: *Richter. Volum. 2. decis. 92. n. 12. C. l. A. d. loco.* & necesse est ut fiat in continenti, quia est defensio quæ in continenti fieri debet. *l. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi armat. l. 7. §. 4. ff. ad l. Aquil.* in hoc vero tempore retorquendi, respiciendum est ad tempus scientiæ, quare & post annum fieri potest, si tum primò percipitur: Vices enim supplet actionis injuriarum, quæ annalis est, & tamen fit in continenti, *l. 6. in fin. ff. de calum. Struv. d. tract. c. 10. aphor. 9. n. 4.* & quamvis jam sciat, tamen necessitas non efflagitat in ipso fieri momento. *l. 23. in fin. ff. ad l. Iul. de Adult.* ubi in continenti occiditur qui post aliquot horas recipitur & occiditur; Imo post decennium fieri potest, si citius commodè & bona occasione fieri nequit. *C. l. A. in lib. 47. tit. 10. de injuriis & famos. libel. thes. 19.* adversus certam personam, sc. injuriantem: & in hoc convenit cum actione injuriarum; contra quem enim datur actio, cōtra eum datur Retorsio, supplens vices exceptionis; ab affecto injuria seu injuriato, unde oritur quæstio, num pater pro filio retorquere possit? Distinguunt nonnulli, aut pater per filii injurias sibi quoque illatas vindicare vult, aut filii loco tantum: in priori casu valere, in posteriori secus, *Nobiliss. Dn. Struv. d. tract. c. 10. aphor. 7. n. 4.*

C  
Utro-



Utroque casu Retorsionem recte fieri à patre, affirmat, vi patriæ potestatis, & quod ejus sit tueri filium. l. 17. §. 18. de injur. Cui fundamentum præbet, quod pater & filius pro una persona habeantur. Hahn. obser. ad Wes. de pactis. n. 5. & quod pater loco filii habeat actionem injuriarum, affirmatque indistinctè. C. I. A. d. tit. thes. 16. quæritur autem num & filius loco patris possit retorquere? R. Si pater absit, aut loco absentis habeatur, l. 17 §. 10. ff. de injur. seu pater adsit, & sit Vilis & abjecta persona, sic & maritus loco uxoris potest retorquere. §. 2. Inst. de injur. Quæritur num & cognati? R. quod non, si verò injuria est tam atrox, ut totam tangat familiam, actio illis competit injuriarum. Vid. Perez. in prælect. C. de injur. n. 12. Anna. Robert. lib. 4. rer. judic. c. 2. Struv. d. loco. præcavendus est quoque omnis excessus in verbis, & illis tantum utendum, quæ omnem excludunt injuriam.

*Virtutem primam esse puto compescere linguam*

Nam,

*Isthic est thesaurus stultis in lingua situs,*

*Vt quæstui, habeant malè loqui melioribus.*

Quæritur verò; num verbis illis, tu mentiris, adjici possit, ut fur, latro, nebulo, du leugst wie ein Schelm / Dieb / Mörder /c. Doctores talem admittunt additionem ut vid. potest apud Harp. d. loco Ratio admissionis est, quia is, qui convitium falsum facit, sceleratè agit, ea propter hæc verba non injuriam faciunt novam; sed ad eundem tendunt effectum, suntque tantum exaggerantia antecedens, & qualificative accessoria, in sequelam & consequentiam adjiciuntur, quæ naturam sui principalis & initii sequuntur. Dn. Struv. vero. d. loco aliter sentitis, & verba, Dieb oder Mörder non admittit, ratio: quia non sit latro, nec fur, mentiens; sed verbum illud Schelm posse adjici asserit, ratio, quia sit generaliter omnesque qui sint malæ indolis, continens. vid. Besold. Thesaur. pract. n. 57. voc. Bidermann. sed ego cum Dn. Carpz. I. R. S. part. 4. Constit. 46. def. 11. Berlich. conclus. 64. n. 6. Bocer. Clas. 4. disp. 3. thes. 30. Scrad. de feud. p. 9. c. 4. n. 115. Obrecht. de necess. defens. c. 2. n. 26. Harpr. d. loco. subscribo; nam tam linguâ quam reipsâ necatur homo Matth. 5. Jerem. 18. v. 19. quia & ipsemet Struv. c. 10. aphor. 10. n. 5. Injuriantem enim Ehrendieb appellat, nam & ex verbis, quæ ad unum eundemque effectum tendunt



dunt eodemque impetu proferuntur, non diversæ oriuntur injuria. l. 32. §. ult. ff. ad l. Aquil. Goedd. de defens. extrajud. pag. 66. Hucque libuit apponere. Novell. Elect. Saxon. quam refert *Dn. Richter* in Volum. 2. decis. 92. n. 18. quæ modum retorquendi exhibet.

Ob in Verbal injurien sachen die Retorsion zulässig? In vnser Constitution vnd newer Policy-Ordnunge / ist mit mehrerm versehen / wie die jenige / so den anderen freventlich vnd muthwillig schmähen / ernstlich zu bestraffen / welchem allem wir auch noch ohnverbrüchlich nachgelebt wissen wollen / weilen aber die Rechtslehrer in dieser fragen / ob der beschwerte vnd injurierte theil / den injurianten / die Scheltworte mündlich oder schriftlich wieder in den Busen schieben vnd retorquieren könne / mit einander nicht einig / in dem solches etliche / als eine bloß privat Rache / die andere aber vor eine defensions mittel vnd Ehrenrettung achten / vnd durch dieses mittel oft große Zeit vnd Geldspilderung / so bey den Klagen vnd Rechtlichen verfahren / an vnd auffgewendet seyn / verspahret werden können / so sollen zwar in vnseren Landen dergleichen nochmahls verstatet werden / jedoch anderer gestalt nicht / als wann sie auff vnverwandtem fuß / oder so bald der injurierte vernimbt oder erfähret / daß er in seinem abwesen geschmähet sey / geschehen / kein excels dabey begangen / sondern ein Moderament gehalten / vnd die Retorsion etwan auf diese oder dergleichen maas / daß das jenige was einem schuld gegeben worden / verneinet / vnd daß ihm der Injurant vnrecht vnd zuviel gethan / oder als kein redlicher Mann die Wahrheit gespahret / vnd hingegen die Unwarheit gebrauchet hette / oder er hielte ihn so lange selbst vor einen solchen Menschen / wovor er ihn außgegeben / biß er es ihme beweise / eingrichtet worden / wann nun das geschmächte Theil nicht neue injurien herauß stößet / noch injurien mit injurien häuffet / auff solchen fall / soll die Retorsion ohnverbotten seyn / vnd der sich solches mittels gebrauchet / seine Ehre dardurch gerettet / die Retorsio Retorsionis aber / wann der Retorquent in jetzt erzehlten terminis bleibet / kein statt haben. *Hac Richter.*

*Retorsio enim fieri potest, sed non alio modo quam exceptionis, nunquam vero replicationis, scil. quod velit se injurians rursus replicando mentitam defendere: unde Retorsionem*





*Retorsionis*, ex vera legitima & iusta causa factæ, non esse permissam, inquit: *Harp. ad §. hac actio Instit. de injuriis. num. 237.* Author enim rixæ, nunquam prætere potest defensionem *Gail. 1. de pac. public. c. 16. n. 17. Farinac. quest. 125, num. 118. Carp. part. 4. Constit. 9. definit. 4. Conclus. 13, n. 5. Brun. ad. C. de injur.* Infinitas enim in naturalibus & moralibus vitanda. *Gorhof. in not. ad l. 4. § 2. ff. de in lit. iur.* huc quoq; Dn. Richter tria præjudicia pertinentia. *refert. d. loco. n. 19.* I. Es hat derselben nicht gebühret zur gegen Retorsion zu schreiten. II. Daß die Retorsiones Retorsionum vermöge der Rechten nicht statt haben / vnd von der Obrigkeit des Titij die Retorsio Retorsionis nicht angenommen noch dem Sempronio insinuiet werden müssen. B. N. W. III. Die Retorsionem Retorsionis betreffent / ist dieselbe / in massen Beklagter Recht / sich dero am 15. Junii jüngsthin gebraucht / zurecht nicht zulässig. Nam *Retorsio* quæ bono fine introducta est, non patrocinator impiis, malitiis enim hominum non est indulgendum. *l. 38. ff. de rei vind.* sed jus suum cuique tribuendum, quod non tantum fit citra propriam injuriam, sed & citra Tertii. *Magnif. Dn. Præses in Hodeger. pag. 35.*

Limitatur verò ab *Harp. & Richter. dd. ll.* quod sit licita, quando aliquis sub prætextu *Retorsionis* gravatus sit, quod tum *Retorsionem* legitimam contra illam illegitimam alias injuriam usurpare possit: si verò injuriens se gravari putat, per Retorsionem, exclamet cum Poëta.

*Heu patior telis, vulnera facta meis.*

Duobus enim hisce oraculis scil. nosce te ipsum, quod prudentiæ est: & ne quid nimis, quod justitiæ; quicumque instructus & quasi subornatus est, Vir bonus & bonus civis est. *Hopper. in Ferdinando suo.*

Nam. *Si vitam inspicias hominum, si denique mores  
Cum culpant alios, nemo sine crimine vivit.*

Hodie etiam inter pragmaticos servatur, ut fiat expressa injuriæ illatæ mentio, & loci atque temporis, ubi & quo patrata sit, fiatque subscriptio retorquentis, & injuriarum auctoris denominatio, item, ut à Notario scribatur requisito, vel tantum perlegatur & authentizetur, adhibitis duobus testibus, per quos quoque insinuetur, & quid occurrat, referatur.

CAPUT



## CAPUT X.

*De Fine.*

**F**inis quoque ut ostendatur hujus remedii saluberrimus, necesse est. Est enim legitima defensio honoris adversus illegitimam offensionem malevolorum detrectatorum, qui honorando honorem suum tribuere nolunt, quo aliàs afficiendus erat, sed eum insuper lædere student, ideoque læsus non iniquè honorem, quo ab insulsis indignus habetur, rursus denegando ac fidem ejus elevando existimationem suam conservat, quod etiam probat *Aristoteles 2. Eth. 2.* his verbis; referentes injuriam non afficiunt injuriâ, sed vindicant injuriam, & non delinquit, qui propriæ salutis & honoris conservator & defensor existit. *Responsum. de Jur. Retort. pag. 13. part. 1. thes. 13. lit. A.* Exemplum habemus in Hyeron. scribente ad August. si aliquid ad defensionem meam scripsero sit in te culpa qui me provocasti, non in me, qui tibi respondere compulsus sum, & rectè justeque contumelia per eam sibi injustè facta in convitiatorem, qui illa maneat oneratus donec probet, retorquetur: qui enim pravè agit, prava patiatur. *Bald. in l. 1. n. 9. C. unde vi.*

*Legem quam tuleris, de jure tenere teneris*

*Si benè pertuleris jure peritus eris.*

Wie man in den Wald schreyet / so schallet es wieder herauß: Exoneraturque injuriatus, si retorquendo ad sublevationem tendit, quare non turbandus, quia præ omnibus læsio famæ est grave onus, unde Imperator Sigismund edixerat, si alterum ex his ferre deberem, lubentius rei quam famæ jacturam subirem. *Myller. ab Ehrenbach in Nomologia, pag. 3.* facit etiam ad id ut injurians à conficiendo absterreatur (quare meritò omnes illi & Judices, qui eos excusare illisque subsidium ferre satagunt, potius in eos animadvertere deberent, omnis enim homo qua homo, ex principiis rectæ rationis, vel suâ natura intelligitur velle ea, quæ conservant communem humani generis societatem, qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, Justitia funditus tollitur, quæ qui tollunt, etiam adversus Deos impii judicandi sunt, ab impiis enim constituta inter homines societas evertitur *Cicero lib. 3. Off.*



*Off* (unde sequitur eum velle ne cives, ut socius, concivem, ut socium injuriis afficiat, sed multo magis in omnibus beneficiat, sine secus, evertitur & turbatur Respublica funditus, tolliturque justitia) & imposterum à vitiis declinet, nisi enim hoc fieret majora intenderent mala. *l. 1. §. 5. ff. de Carboniano edicto*, ut quoque injuriatus actionem evadat, & sumptibus parcat, hinc Imperator in *l. 4. C. ad l. Cornel. de siccar.* inquit: melius esse malis occurrere & mederi, quam injuria accepta vindictam perquirere, quod fit strepitu judicii, & dementia laborat, qui ad litigandum facile procedit, petitque litis sufflamen, hinc Democritus teste Stobaeo *serm. 20.* omnem contentionem imprudentem esse dixit, & Epictetus contendere ubique pro indecoro habuit, semperque malus quarit jurgia. *proverb. c. 13. & l. fin. ff. famil. erisc.* pietatis officio fungi dicuntur fratres, hereditatem sine jurgio dividentes, quare & Imperator gloriatur de cura quam habuisset providere, ne homines facile ad litigandum procederent, in *princip. Instit. de pæn. temerè litigant.* Et hæc sunt principaliora & merito laudabilia, quæ finis hujus extrajudicialis remedii procurat & postulat, quare sacrificandus, quia verecunda est cogitatio, quæ lites execrari desiderat, *l. 4. §. 1. V. post autem ff. de alienat. judicij mutand. caus. fact.* & è contrario qui judicia vexationis causa acceptant, impii phormiones appellantur à *Wes. d. tit. num. 2.* cujus nominis quoque fieret particeps injuriatus, qui retorquere posset, & ita honorem suum conservare absque rixis & litibus, si intermitteret, turpè enim est sibi ipsi fraudi esse. *demost. Philip. 1.* sine litibus enim vivere pars est beatæ vitæ, si credendum *Martiali. lib. 10. Epigram.* & utilius est, levi compendio negotia expediri, quam per quandam exactam subtilitatem judicialem longo dispendio prorogari. *Can. Abb. de judic. in 6. l. 10. §. plan. ff. de reb. dub.* nonnulli sentiunt lites esse flagellum Dei, quod divitibus applicetur, qui pestem fugiunt, fama ditescunt, bello triumphant, sed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperibus mendici; ut latè tradit *Musc. de unione prol. n. 45. & seq.* Ipsius etiam Respublicæ maximè interest lites sopiri. *l. fin. ff. pro suo. l. 13. in prin. C. de judic. l. 12. C. de contrah. Stip.* & diutina processuum illa procastinatio causarumque, nocentissima certe pestis est, quæ Respublicas hodie infestat & principatus *Besold. de appellat.*



pag. 12. c. 1. quare causa minuendarum litium admodum favorabilis. Arg. princip. Instit. de usuc. l. 2. prin. ff. de aqua & aqua plu. arcend. l. 1. ff. de jurejurand. l. 12. C. de contrah. stip. Magnif. Dn. Præses in Hodeget. pag. 840.

## CAPUT XI.

### De Effectu Retorsionis.

**E**ffectus est, ut aboleatur injuriarum actio: Magnif. Dn. Præses in Hodeget. pag. 658. & tamen ablatum recuperetur, quod enim potest fieri per pauca, abundanter & ineptè fit per plura. l. 37. §. in refutat. C. de appell. l. 10. C. de iud. l. 1. quod met. caus. Nec entia præter necessitatem sunt multiplicanda, ut bene contendunt Philosophi, sed *prohdolor*, his teterrimis temporibus, neque finis neque modus litium est, quia refrigerata charitate abundat iniquitas multorum, *Wes. in parat. de jud. n. 13.* & mulri reperiuntur, qui illis ostia aperiunt, officiaque calumniatoris subeunt, interim divina sunt censenda illa remedia quæ litibus finem imponunt, multo magis quæ suum sortiuntur effectum extra omnem litem, quale est hoc *Retorsionis* remedium, nihil enim tam vile, tamque turpe ac iniquum secundum *Dn. Zahn. de Mendac. l. 1. c. 2. in fin.* reperitur, quod non habeat suos defensores, scil. quartana Favorinum, ruditas Mirandulam, stultitia Erasimum &c. Imo extra omnis dubii est aleam, quin & hodiè inveniantur insulsi, qui injurias & Calumnias defendere (id fiat cum vel fineratione, nec abhorreant id expedire maximis mendaciis, sed *Menander* inquit, omnis Vir sapiens ac prudens odit mendacia, & apud *Horat. in Heauthon.* Syrius vilissimus servus dixit, mentiri non est meum, cum in bonum virum non cadit) *Retorsionique Retorsionis* patrocinari Conati sint, nec erubescant, jura divina in contemptum & odium Juris Civilis retorquere, quod vero juris calumniatoris esse inquit *Hugo de Roj. d. tract. in pro leg.* sed aliter *Dn. Meder in disp. Doctor. sua de Pœnitentia.* commonefacit, quod scil. Advocati, percipientes causas esse improbas, falsis allegationibus compositas, & penitus desperatas, propter conscientiam clientes, ut à lite desistant, suadere deberent, & à causa penitus desistant; quo tendit constitutio novissimi recessus.



cessus Imperii de anno 654. §. 43. his verbis: Vnd so bald sie (Advocaten vnd Procuratores) auß deren Verweißthummen oder sonst in progressu der Sachen befinden würden/das sie eine vnrechte Sache hetten/davon abstecken/vnd sich deren gänzlich entschlagen sollen. Quod si vero hæc omiserint, & causam injustam propugnare non desierint, contra conscientiam agent, & ad gehennam: quod dicitur in *c. 28. quest. 1. extra de simon. ædificabunt*: & virum injustum mala capient in interitu. *Clariss. Dn. D. Hahn.* confirmans hæc, iniquitatem esse, inquit: assumere causam injustam defendendam, nec excusatur, si non ad finiendum, sed aut ad differendum, aut ad Concordandum, sive pacta aliqua ineunda faciat, quoniam hæc omnia sint iniqua: & similiter non excusetur, si iniquam causam in principali habeat, & vexet adversarium assumendo aliquod caput justum, ut sub hac iustitia contradicendo, principale justum impediat, aut differat, aut etiam pervertat; oportet enim non solum medium sed & finem non esse iniquum; sed heu! inquit: apud Mundanos bonus Advocatus est, qui de mala causa facit bonam, sed esse peccatum mortale *in not. ad Wesenb. de postul. num. 6.* ubi præter hanc adhuc septem iniquitates Advocatorum recenset: Hinc benè *Euripides apud Stob. serm. 22.*

*Omnes in admonendo sapimus,*

*Sed cum ipsi aberramus haud advertimus.*

Hunc verò modum esse horribilem & pessimum, principia iustitiæ demonstrant, quæ efficit constantem & perpetuam voluntatem, suum cuique tribuendi, hac voluntate nihil præstantius esse in rerum natura inquit *Hopp. de vera jurisprud.* Cui hoc contrarium, non quidem absolutè & simpliciter, nam Deo & proinde iustitiæ illius nihil est absolutè contrarium, alioquin & duo statuerentur principia, quod non est statuendum, tamen per relationem, quod fit vel privativè, scil. quatenus est iniustitia talis defectus voluntatis constantis & perpetuæ suum tribuendi, & ita omittendo peccatur; vel positivè, quatenus iniustitia est libido inordinata, & inconstans voluntas, suum cuique auferendi (quod fit tam ablatione honoris, qui præstantior bonis caducis censetur, quam talium dictorum honorum) injuriamque inferendi, & ita committendo peccatur: vel utroque modo, quate-



quatenus iniustitia, dum ad eum modum, quo dictum est, se  
 habet, tamen sub falsa specie & simulatione iustitiæ, & quidem  
 cum primò modo iustum esse malum sit; secundò; pejus, istud,  
 omnium est pessimum: nam quemadmodum optimus est, qui  
 bene facit, quam modestissimè & humilimè de se sentit; Ita pes-  
 simus est, qui cum malus sit, bonus tamen vult videri: illius ge-  
 neris homines sunt, qui hypocritæ à Domino in Evangelio, so-  
 phistæ apud Plat. & Tyranni appellantur, qui umbras & imagi-  
 nes assumunt boni & iusti: Cujusmodi sunt exterminare fa-  
 ciem, extendere phylacteria, nihil verò homini magis est pro-  
 prium quam iustitia, ad quam solam colendam à Deo fabricatus,  
 & in hoc mundo tanquam templo constitutus, ut jus suum cui-  
 que tribuat, scil. Deo supra, animantibus infra, nobis ipsis inter  
 utrosque interjectis, operam porro demus, ut non minus in pro-  
 ximos quam in nos simus animati, *Hopp.* quod verò alio modo  
 fieri nequit quam ut alteri faciamus, quod nobis fieri volumus.  
*Vnde Alexander Sev. Imperat.* hoc dictum, quid tibi fieri non vis,  
 alteri ne feceris, non tantum in pallatio, sed & passim in operi-  
 bus publicis præscribi iussit, ut refert *Hugo de Roj. in d. tract.*  
*Cluv. in d. tract. & Lactant. in epitome c. 3. refert. ex Lamprid. d.*  
*Imp. Alexand. Sev.* sæpius clamasse, & per præconem cum aliquem  
 emendaret, clamare iussisse, quid tibi non vis, alteri ne feceris,  
 hocque dictum radicem iustitiæ, & æquitatis fundamentum ap-  
 pellasse & rectè; nec de hoc dubitandum, Imperator enim ille  
 Alexand. Sev. tantà semper fuit æquitate, ut nullas unquam san-  
 ciret leges, nullam constitutionem sacraret, sine Viginti juris  
 peritissimis, doctissimis ac sapientissimis Viris, neque adeo in  
 ulla re sententiam ferret, quin prius iret per sententias singulo-  
 rum, & scriberetur, quid quisque dixisset, hæc testatur *Lampr. in*  
*ejus vita Cluv. d. lo.* post factam Retorsionem tam actor quam reus  
 subsistere coguntur, illi enim qui retorsit actio injuriarum non  
 competit *Berlich. part. 5. Concl. 64. num. 38. Bocer. de famos. li-*  
*bell. c. 3. num. 50. clas. 4. disp. 4. thes. 78. D. Hahn. in observat.*  
*ad Wesenb. de injur. num. 13. Perez. in C. d. tit. num. 10.* Ratio  
 est, quia injuria per Retorsionem satis jam vindicata, nam satis  
 est, injuria verbalis si verbis repellatur, inquit *Balduin. lib. 4.*  
*c. 15. Cas. conscient.* Et bona fides non patitur, ut idem bis exigatur.



eur. *Rennem. de jure Retort. part. 1. thes. 13. lit. 6.* Nam si alicui uno ex facto plura competunt remedia, ad unum eundemque finem tendentia, unum tollit alterum. Actio autem injuriarum & *Retorsio* ad unum eundemque tendunt finem, eademque efficiunt, scil. ut injurias absorbeant, contumeliasque tollant. *l. 15. §. 39. ff. de injur. Col. 1. A. d. l.* quod verò fit diversimodè, *Retorsio* enim repellit in continenti, & statim suum sortitur effectum & hoc modo, *Retorsionis* & sententiæ Judicialis effectus concurrunt. *vid. C. 1. A. d. loc. thes. 21.* Actio verò abstergit non prius, quam si sententia lata est, facta verò *Retorsione* cessat ipsa causa, nimirum contumelia, cessante causâ, sive obligatione, ipse cessat effectus, illud tamen monendum, quamvis sit *Retorsio* facta & injuria repulsa, quæ jam latet in injuriante, donec probet, interim tamen Magistratui libera potestas ex officio suo injuriantem puniendi sit reservata, & nihil per *Retorsionem* præjudicatum. *Magnif. Dn. Carpz. in prax. crim. part. 2. quest. 79. num. 41.* & quod merito fit, ut compescantur tales turbatores Reipublicæ & communitatis, omnium enim interest innocentes defendi & hominem hominis beneficio affici. *l. 7. de serv. export. Wesenb. de appell. num. 7.* quia jam constat Retorquentem post *Retorsionem* factam, nulla præterea injuriâ esse oneratum, cum per relationem injuriarum pudorem suum purgarit, nam ut bene ait *Cicero*, ignis in aquam conjectus continuò extinguitur, sic crimen in castam vitam, & illius resplendorem radiosque, mediante *Retorsione* confestim repellitur, nam maledicentia sedem figere in innocentia ac vita puriore nequit, verissimum enim illud *Cleobuli* effectum, quod convitiatorum reprehensiones illos non attingant, qui secundum virtutem vivunt, *Maxim. Sen. de Vitup.* vitæ enim anteaactæ rationes ab improborum calumnia vindicabunt, unde ita *sapient. Plato.* alloquitur eos qui cum *Oryveno* clamare possunt.

*Quod fornax auro facit, hoc tribulatio justis*

*Rebus in adversis certa probanda fides.*

Convitiis adfecti videant, num quid ab ipsis dignum sit patratum, si nihil animadvertunt, fenum illud existiment esse convitium, *Anton. sermo. de obloq.* & ut *Adyant.* herba, licet perfundas



fundas aqua, aut immergas, tamen sicca similis est, sic in virum bonum etiam si quis ipsum infamare conetur, non cadit infamia. *Plin. lib. 22. c. 21.* Injuria enim injuste irrogata, est ejus qui fecit infamia, ut verò telo corpus ita spiculis linguæ sauciatur animus, unde ait sacer textus, Calumnia conturbat sapientem, Divinusque Vates, redime me à calumniis hominum, ut custodiam Mandata tua, Nam venenum aspidum sub labiis eorum, & rursus, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

————— *Lingua mali, pars pessima servi.*

Virtutis vero magnæ Vatum, inquit, *Morselaer.* Calumniis, invidia, obloquiis peti, magnæ item virtutis ars & opus est, id genus Dæmoniorum sustinendo, bene agendo superate & sic velut ejurare unde.

*Si quanta eterna sunt vitæ præmia volvis*

*Omnia pro Christo perpetiére lubens.*

Talis enim detrectatio in vulgi opinione tantum locum habet, nam veritas in occulto est, adeoque validè imperat, imponitque opinio hominibus, qui plerumque non quærunt an ea quæ referuntur sint vera; an falsa, sed credunt: quamvis tum sciat quisque se non posse convitiis ab eo, qui omnibus ipsemet labore vitis conspurcari, & ideo

*Conscia mens recti fama mendacia ridet.*

Plus enim non est ponderis in alieno convitio, quam in propriæ conscientia testimonio, nam uti

*Arbitrii nostri non sit quid quisque loquatur.*

Ita non advertendum quid dicatur; sed quid fiat.

Nam

*Dum tibi tu confites: dum sis sine crimine vitæ*

*Cur metuas de te qualiacunque loqui.*

*Cicero* male mecum inquit, agitur, si me oratio potius quam vita mea defenderet, unde *Demosth. in Orat.* dixit, oppono injuriis vitam testem, quod ita vertitur, Hüte dich vor der That / der Sügen wird wohl raht. Sed quia vana opinio videtur prævalere, non aberrat, qui canis morsui ejusdem crine, & cute mederi satius ducit, & cum reus constitutus fuerit, actorem se haud segnem exhibeat, atque in continenti in ipsum evomita repellat. His per-



actis nihil est quod in foro instituat, nam defensio solummodo injuriato competit, punitio vero Magistratui, cui & nihil ut modo dictum per *Retorsionem* præjudicatur, quo minus conviciatorem ex officio punire queat. *Nobiliss. Dn. Struv. in d. tract. c. 10. aphor. 12 num. 3. cum ibid. allegat. & necesse est, ut fiat; alii enim exemplo deterrentur. l. 6. §. penult. ff. de pœn. pœnarum* enim hic est finis & scopus *Plato apud Senec. de ira. 16. Nemo prudens punit quia peccatum est, sed ne peccetur. 2. de ira. 31. ad præteritum nunquam, sed ad futurum refertur, non enim irascitur sed cavet, solatio etiam est affectis injurias, pœna nocentum l. 28. §. 15. ff. de pœnis. undè Apulei. 8. Abjicite importunas lachrymas, vindicta justa solatio est, abjicite luctum meis virtutibus alienum, quare & Elector Saxon. pœnam 30. solidorum injuriantium abrogavit, quæ mitior erat, quam ut probo & bono viro atrocem injuriam pensaret, unde fieret sæpe, ut injuriati potius concoquerent, quam experirentur injurias, & tamen publicè interest, ut compescantur petulantia conviciantium, tali enim modo conservatur publica tranquillitas Magnif. Dn. Præses in *Hodeget. pag. 656. & seq.* Et ita arbitrio judicantium ad fustigationem usque procedi permisit. *Novell. const. part. 4. cap. 42. Quod & fundamentum habet in l. fin. ff. de injur. vid. Treut. disp. 30. volum. 1. thes. 6. lit. 5.**

Nec competit ei actio in quem *Retorsio* facta est, remedium enim *Retorsionis* est jus injurati, ipsique existimationem quasi ablatam contumelia illata (Vulgo sic opinanti, quasi hujusmodi virulentia probo ac bono Viro honor atque existimatio detraheretur, Magnif. & Amplif. Dn. Præses, Præceptor ac Patronus meus nunquam sat laudatus in *Hodeget. chart. secund. Clim. 4. pag. 653.*) restituit, quare injurianti non competit, ut minus onerato, si modo legitimo & secundum supra præscriptos terminos usa sit, *Retorsio* autem *Retorsionis* non datur, qui enim *Retorsionem* injuriarum intendit, & injuriis non est lacessitus, injurians est, atque coercendus, quia fundamento *Retorsionis* est destitutus, ei enim tantum competit exoneratio, qui est oneratus, hicque legitime retorquet, ac se exonerat, nec injuriam infert, si secundum modum præscriptum procedit, quia facit, quod postulat adversarius, nam fumo punitur, qui vendidit fumum dixit



xit Alex. Sev. Imperat. test. *Clav. d. tract. pag. 300.* denique ne progressus detur in infinitum, Retorto hoc jus denegatur, quia talis processus in jure nostro prohibitus. *l. 13. §. fin. ff. de damn. infect. l. 9. ff. solut. matrim.*

## CAPUT XII.

### *De dissentan. Retorsio utrum per Statutum tolli possit.*

Quoniam Retorsio est species defensionis, & sic juris naturalis, quaritur, num per statutum mutari possit aut contrarium induci? Quod à multis simpliciter negatur per §. penult. *Instit. de I. N. G. & C. per l. 8. ff. de Capit. minut.* Civilis ratio naturalia corrumpere nequit. Et *l. 2. §. 1. ff. de usufruct. ear. rerum quæ us. consum.* Sed distinguendum inter mutationem Veram & Analogam, hanc in his habere locum non illam, unde Verius patet, contrarium aliquod statutum introduci posse, Respondetur enim ad *d. §. penult. 1.* Jus naturale esse immutabile, oppositive sc. ad Jus Civile, quatenus illud est mutabile. 2. Quo ad essentiam non vero quo ad existentiam esse immutabile. 3. Quia salus populi suprema lex est *Cicero lib. 2. de ll. 4.* Jus Naturæ immutabile, quatenus simpliciter consideratur, non vero quatenus Jus Civile assistit, eamque redigit in actum, unde *August. Lex Naturalis immutabilis est, licet in applicatione ejus ad varias materias vel occasiones possit esse variatio, & ita ex speciali ratione legislatoris, propter statutum & utilitatem Reipublicæ sæpè negliguntur, quæ juris alioquin sunt naturalis, aut tolerantur. Clariss. Dr. Hahn. in Observat. ad Wesenb. tit. de just. & jure pag. 76.* immutabile tamen permanet quod per se & natura sua justum est, vimque perpetuò retinet in obligandis conscientis, anticipata in animis nostris communes notiones, Jus Civile enim juri naturali communiter aliquid addit vel detrahit. *l. 6. ff. de just. & jure.* & illa additio & detractio, nihil aliud est, quam juris naturæ præceptorum ad usum moresque civium applicatio, quemadmodum autem illa applicatio fit per additionem juris civilis, Ita & per idem jus potest fieri detractio, alternæ verò leges, perpetua decreta, nullo jure civili abrogari possunt, sed tantum

in mo-



In modo applicandi, de quo lex naturæ nihil definit, varietas quidem aliqua apparet, propter varietatem constitutionum Civilium, hoc autem factum non mutatur jus naturæ, sed adjuvatur, dum propter utilitatem civium, aliquid ei adjicitur aut detrahitur, atque hoc est, quod Dd. ajunt, jus naturale mutari, modificari, declarari, & provisionibus adjuvari posse, ut clare *Vinn. in Comment. ad Instit. allegans. Iob. Fabr & Angel.* unde & *Hugo de Roy in sepius allegato tract. pag. 178.* Præcepta esse immutabilia & perpetua inquit, sed usum eorum mutabilem esse ac variabilem, variante rerum natura & circumstantiarum statu, nec verò novi aut inauditi quidquam est, legum importunitates & medelas pro temporum moribus & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus mederi oportet, fervoribus mutari ac flecti, neque in uno Statu consistere, quin ut facies Cæli & Maris, ita rerum atque varietatum tempestatibus variari, quod quidem variis evenire modis consuevit. *Primo*, si summa Reipublicæ necessitas hoc vel illud fieri exigat, *Secundo*, si exigat bonum publicum, ratio fundamentalis hæc est, quod leges ipsæ Reipublicæ tuendæ, vel conservandæ causa latæ, quod si eidem tractu temporis præjudicent, jam tunc leges esse desinant.

Coronidis loco adjicere lubuit questionem, num *Retorsio* cum offensione compensari possit? *R.* Negando, quamvis quidam id admittant, qui hujus remedii osiores existunt atque amulatores, quomodo non ita diu & Academia antehac laudabilis Germaniæ nostræ Juridica facultas sententiam tulit. Sed malè, cum nequidem offensio cum offensione seu injuria cum injuria mutua compensari potest, competit enim utrique injuranti actio, quæ compensari nequeunt, dummodo constare poterit quis inceperit, sunt enim diversæ injuriæ, quamvis reciproce *Iohan. Schneidvv. post Dd. Comm. in §. in jur. num. 10. Instit. de injur. Ægid. Boss. in prax. sua. tit. de injur. num. 8. observ. 100. num. 9. Zanger. de except. part. 3. c. 8. n. 121. Hartm. Pist. obs. 181. n. 2. Gilb. de injur. pag. 108. n. 217.* Idem receptum est in actionibus aliis, nec obstat. *l. fin. in princip. C. de Compensat.* ubi Imperator ait ipso jure ex omnibus actionibus fieri compensationes, non autem dicit ipsas actiones compensari, & id omnino in actionibus



Bus injuriarum locum habere nequit, nam injuriæ cum injuriis compensari nequeunt, pronunciandum utrumque injurias intulisse, & sic necesse est ut pars parti ad certam condemnetur pœnam, & tali modo ex injuriarum actionibus posset fieri compensatio, non vero ipsæ compensari possunt, unde Daniel Moller super Constit. Elect. Saxon. part. 4. Consist. 42. rubric. de injur. n. 35. in Scabinorum Lipsiensium Collegio duobus super mutuis injuriis litigantibus injunctum, ait, ut uterque crimen quod alter alteri objecisset, probaret, secus si non constat uter alterum provocarit. l. 45. §. cum strament. ff. ad l. Aquil. Obrecht. de necess. defens. cap. 2. num. 19. alias enim facti ad factum nulla est compensatio. Sebast. Medic. in tract. de compens. part. 1. quest. 44. Zanger. de except. part. 3. cap. 6. num. 41. & seq. ipsaque delicta non compensantur Snobell. Disp. 10. thes. 11. vid. Gothof. in not. ad l. 18. ff. de injur.

Et hæc; num & in ebrio injuriante habeat locum Retorsio, vel num talis excusetur? Distingui vulgariter solet inter ebrium & ebriosum, ebrius est qui actu intemperans, ebriosus autem qui habitu talis est. Vid. Itter. in Eth. lib. 3. cap. 3. quest. 2. Hic vero nullo modo excusatur, is à pœna ordinaria; si citra intentionem à vi vini & cerevisiæ decipitur, cujus exemplum habemus in Loth. Genes. cap. 19. Est enim tunc extra dolum, sine quo ordinaria pœna locum non habet, interim tamen in culpa, quare extra ordinem puniendus, si vero quis consuevit esse rixosus, & ebrietate se onerat, tunc censetur ad casum talem esse ebrietatem illam destinatum, & sic tenetur pœna ordinaria Gail. 2. obs. 110. Si vero quis tam ebrius fuerit, ut vix pedem seu manum movere potuerit, qui alias non solet ebrietati & computationibus esse deditus, excusandus l. 3. §. 2. de injur. l. 53. in princip. ff. de furt. Sed hæc ebrietas probanda, quod quandoque jurejurando allegantis fieri potest, Menochi. 2. arb. Cas. 326. n. 11. Habn. ad Wesenb. de injur. num. 4. Circa hanc vero questionem variè Dd. loquuntur, æquum autem est, ne excusetur ebrius ob ebrietatem: Vitium enim Vitio tegetetur, quod absolum esset; sed duplici pœna rectè & justè ebrij afficiuntur (nam ob delicti frequentiam pœnam exasperari convenit. l. 16. in fin. l. 28. §. 10.





§. 10. ff. de pœn. l. 1. ff. de abig. I. Ob ebrietatem. II. Ob delictum. l. qui occid. §. in hac quoque ff. ad l. Aquil. & l. si serv. §. si forn. & §. si ex plaust. eod. tit. & l. 6. C. ad. l. lul. de vi publ. & privat. Causam enim dans delicto ipsemet delinquit. Gothof. in not. ibid. lit. u. Gail. d. loc.

*Quæ potu peccas ignoscere tu tibi noli*

*Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis.*

Hæc quæstio quin prolixior & fusior tradi possit non est quod dubitemus, sed nos pro tempore instituto inservientes portum ita adepti lætamur, immortales Deo T. O. M. gratias agentes.

**S**ummo qui studio consumunt nobile tempus,  
Illis accrescunt, præmia magna satis:  
Præmia sicce tuum studium, GROLMANNE, sequentur  
Atque patri, Patriæ, denique charus eris.

*Pereximio & Doctissimo Dn. Respondenti amico  
suo honoratissimo, exigua hac festinato  
apponere debuit.*

Theod. Spoltman. LL. St.

**J**uris habes nucleum, GROLMANNE, quid expetis ultra?  
Perge præesse probis, perge deesse malis:  
Sic per scire tuum juris ducéris ad astra,  
Atque triumphali laude beandus eris.

*Ita l. m. q. Pereximio Dn. Respondenti  
amico ac fautori suo applaudere  
ut debuit, voluit.*

Henricus Wisman. SS. Th. Stud.  
Marc. West.

**F I N I S.**



Strassburg, Diss., 1665-66

f

ULB Halle 3  
003 745 031



TA → OL

nur 5 Bisher verknüpft


WOM











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1666, 9

1774

TIO.

RSIONIS.

verbales.

AUXILIANTE.

DIO.

L.

LISSIMI, AM-

ULTISSIMI.

REBHANII.

CAESAR. COD.

. Celeberrimi, Col-

Divers. Statuum

rii.

Patroni sui,

ndi.

*ilanda proposita.*

GROLMANNO.

humb. Auth,

C.

\*\*\*\*\*

RATI

WELPERI.

XVI.

